Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

Non concupisces rem proximi tui cap. 71.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

Visual Library

DE NONO præcepto.

Non concupiſces rem proximi tui. Cap. 71.

HOc præcepto Auaritia præcipuè prohibetur peccatum. Eſt autem Auaritia "appetitus diuitiarum voluntarius & immoderatus. Dicitur "appetitus inordinatus, quatenus eſt contra iuſtitiæ, charitatis, liberalitatiſque regulam. Et quidem, quando quis habet aliena bona, vel eadem modo illicito vult retinere, aut appetit, quæ ſibi non conueniunt, nec illi dari poſſunt, vt beneficia, officia, &c. quia illis eſt indignus, peccat contra iuſtitiam.

Quando verò quis eſt ſic ſuis rebus intentus, vt etiam in neceſſitate, proximo ſubuenire nolit, peccat contra charitatem, ſi autem extra neceſſitatem, & de propriis, & ſuperfluis, alteri nolit ſubuenire, eſt contra liberalitatem: ſed duo peccata priora ex genere ſuo mortalia ſunt, hoc verò frequẽtius veniale.

Quid Gabella, & quotuplex. Cap. 72.

GAbella eſt * tributum publicum à Principe in communem vtilitatem exactũ: & eſt quadruplex. Vectigal, quod dicitur à vehendo, quia ex mercibus quę in ciuitatem inuehuntur, ſoluitur: quod & portorium vocãt, quia in porta ciuitatis ſoluitur. Eſt et Guidagiũ, quod pro viæ ducatu ſolui debet, vt homo ſcilicet tutũ à latronibus iter habeat. * Tertia eſt